

significantia sunt agni immaculati qui sacrificium Deo offerri habebat quod in prima pascha conceptionis suae in utero matris non eum oportuisset occidi. Et ideo Ioseph sciens praegnantem esse Mariam ne tamquam stuprata aut adultera lapidibus interficeretur *clam eam dimittere voluit;*¹ ut vero non occideretur agnus immaculatus in lacte matris suae: sed inter haec ascendit, inquit, Maria ad Elisabeth visitare eam post mense sexto conceptionis eius.² Tunc et Cohannes inspiratus est et fecit ibi Maria cum Elizabeth menses alios tres. Et sic expletis novem mensibus in mense decimo peperit Iohannem octavo kalendas iulii qui est nonus mensis a septembre et quartus a martio inchoationis anni, de quo propheta Zacharias dixerat *ieiunium quartum esse domui Iuda in laetitiam et gaudium.*³

[...] Nam Christus vero qui in nativitate Ioannis iam trium 672 mensium incorruptae vulvae fuerat conceptus, supererant ei, ut et ipse secundum humanam nativitatem suppleret menses novem, alii menses sex.

ANONYMUS (saec. IV)

CARMEN⁴

[...] Ne tamen insignem res nulla ostenderet ortum,
Virgine conciperis: non sufficit esse pudicam,
Nec quae nupta queat Domino coniungere fratrem,
Ne procul ex utero contagio turpis abesset.
Mox ubi processu felix maturuit aetas,
Indociles animos monitis servare paternis
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers.

FIRMICUS MATERNUS, IULIUS (saec. IV)

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM (343-350)

PL 12, 1038 Cap. XXVI. [...] Ex virginis terrae limo factus Adam praevacatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus, et immortalitatem accepit et regnum. [...] Deus Abrahae clarius a coeli sideribus promiserat re-

¹ Matth. I, 19.

² Cf. Le. I, 39 et 36.

³ Cf. Zach. VIII, 19.

⁴ Quarto ineunte saeculo in Africa scriptum (PLS I, 180).

● PLS I, 543, 544, 554, 563.